adscripta, coniicimus aut idem esse cum Groninga Frisiae oppido, aut
certè illi proximum.

Philidēs, Mango quidam fuit equorum, à quo quum Themistocles
equum dono postulasset, minimèque impetrasset, minatus est se domi-
num eius continuo lignum equum facturum. Quo ænigmate signi-
ficabat se propinquorum accusations & crimina in eum coniectu-
rum. Plutarch. in Themist. Quorsum hīc mentio tam frigidæ rei?

Philippēi, seu philippi, φιλιππῖοι, aurei numi à Philippo Macedone ita
appellati, quorum apud veteres frequens mentio est. Plaut. in Pæn.
Hic sunt numerati aurei trecenti numi, qui vocantur Philippei.
Idem in Amph. Quot Philippei? A. Duo millia. Idem Asin. sc. 3. a. 1.
Vnumquodque verborum istorum numis Philippeis auferre nemo po-
test. Item, Statuam auream ex auro Philippeo quæ fiet. Horat. l.2.
Ep. Augustum.

Gratus Alexandro regi Magno fuit ille Chærilius
In cultis qui versibus & malè natis
Rerum acceptos regale numisma Philippos.

Philippi, φιλίπποι, urbs Thessaliæ, quæ Dathos antea dicebatur, quam
Philippus Macedonum rex instauravit, & à nomine suo Philippos
nominavit Virg. 1. Georg.

Romanas acies iterum videre Philippi.

§ Sunt & Philippi in Thracia inter Nessum & Strymonem amnes
non procul ab Oësima, quorum meminit Plin. lib. 4. c. 11.

Philippensis, Philippense, possessivum formatum à Philippis Thessaliæ
civitate: ut, Philippenses cives, φιλιππῖοι, & Philippense bellum quod
apud Philippos gestum est.

Philippicus, α. um, φιλιππῖος, denominativum à civitate Philippis: ut,
Campi philippici, civilibus cladibus nobilitati, in quibus primum Cæ-
sar Pompeium, & postea Augustus Brutum & Cassium profligavit.
Philippicæ sub. Orationes, φιλιππῖοι λόγοι, sunt Orationes Demo-
stheneis in Philippū regem: ad quarum imitationem Ciceronis oratio-
nes in Antonium. Philippicæ quoque dicuntur, quæ & Antonianæ dici
poterant. Cic. Attic. lib. 2. 16 Fuit enim mihi commodum, quod in eis
orationibus, quæ philippicæ nominantur, eniterat civis ille tuus
demosthenes, &c.

Philippidēs, φιλιππῖδης, Comicus poëta haud ignobilis, qui ætate iam
profecta quum in certamine poëtarum præter spem viceret, gaudio
repente mortuus est, quod & Diagoræ Rhodio accidit. Vide Plutarch.
in Demetrio. § Fuit & alius eiusdem nominis, è celeritate pedum,
φιλιππῖος, cognominatus, quod xxxi. horarum spatio mille
quingenta stadia pedibus confecerit, diei unius & noctis spatio, iti-
nere ab Athenis Lacedæmonem usque peracto. Vtiusque autor
Suidas.

Philippinæ insulæ, à Phillipo I. Rege Catholico, cuius auspiciis de-
rectæ sunt, sic dicitur: quæ maxima est Lazonia, in qua Manilum
V.A. Hispani condiderunt.

Philippopolis, φιλιππώπολις, oppidum Macedoniæ, à Phillipo Amyntæ
filio conditum, patre Alexandri. Autor Steph. Plin. Philippopolim
in Thracia constituit, lib. 4. c. 11.

Philippus, φιλιππῖος, Amyntæ filius & Alexandri Magni pater, Mace-
donum rex, rei militaris peritissimus, rebisque gestis clarissimus;
Macedoniæ regnum, quod angustis antea finibus continebatur, adeò
ampliavit, ut centum quinquaginta populi in Macedonum ditione
numerarentur. Hic à Pausania quodam adolescentem est interfactus:
qui quum de stupro sibi per vim ab Attalo illato, apud regem que-
stus esset, & pro rei dignitate ultionem postulasset, séque etiam à re-
ge irrideri animadvertisset, itam in regem convertit, & ultionem quæ
ab inimico non poterat, ab iniquo iudice suscepit. Plaut. Aul. sc. 2. a. 1.
Mirum quin me tua causa faciat Jupiter Philippum regem, aut Da-
rium. Idem Ibid. sc. 5. a. 3. Ego sum rex ille Phillipus, (i. ditissimus.)
§ Alius fuit hoc nomine Romanoçum Imperator, qui prius ex Ro-

manis Imperatoribus Christianæ religionis sacris suis initiatus
fuerit. § Philippus, Deputati j. e. Macedoniæ, à T. Q. Flaminio vicitur.
Is, autore Livio, quem videret Annibalem feliciter in Italia res ge-
rentem, legatos ad eum de societate misit, qui in redditu à Qu. Fulvio
Flacco praefecto classis intercepti cum litteris, missisque ad Senatum,
statim M. Levius p̄x̄t̄or contia eum mittitur, qui regem agentem
Apolloniae, incautum semique sopitum nocte intempesta adorit;
Ille in Macedoniam cum exercitu terrestri itinere fugit, incensus
piùs ne hostis potiretur, suis navibus. Vide Livium lib. 1. de bell. Mac.
¶ Philippus medicus Alexandri, teste Curtio l. 2. cuius etiam memi-
nit Plutarchus in vita Alexandri. ¶ Philippos etiam Romanos viros
claros legimus in gente Martia, inter quos L. Philippus orator Clasi
adversarius. Cie. lib. 3. de Orat. & de clar. Orat.

Philiscus, φιλίσκος, Comicus scriptor, cuius fabulæ enumerantur à Sui-
da. § Fuit item Philiscus quidam Corcyraeus, Philox filius, poëta e. secundo ordine Tragicorum, & Dionysij sacerdos sub Ptolemaeo
philadelpho. Scriptis fabulas duas & quadraginta. ¶ Philiscus præte-
rea Egineta, Diogenis Cynici, aut certe (ut alij malunt) Stilponis
auditor, & præceptor Alexandri. Scriptis Dialogos quosdam, inter
quos est Codius, ex Suida.

Philistæ, genus latronum apud Ægyptios. Seneca Epist. 52.
Philistæ, ipsi sunt Palæstini: quia P. literam Hebræus sermo non habet;
sed pro eo φ G. a. utuntur, inde Philistæ pro Palæstinis dicuntur
civitate utique sua, idem & Allophyli, id est, alienigenæ, ob hoc, quia
semper fuerunt inimici Israël, & longè ab eorum genere & societate
separati. Ibid. lib. 92.

Philistion, φιλιστία, Sardianus, sive p̄uſſenſis, poëta comicus, qui Socra-
tis ætate flouit, natio risu mortuus fertur. Suid.

Philistus, φιλιστής, Archonidæ filius, patria Naucratites, aut, ut alij vo-
lunt, Syracuseus, Eveni Elegiographi discipulus. Scripta eius enum-
erat Suidas. Cic. in Brut. Plutarch. in Dio.

Phillyx, nutrix fuit Domitiani principis, ut autor est Suet.

Phillyx: & Phillyrides, vide Phylira, & Phyrides.

Philo, φίλος, Academicæ sectæ philosophus insignis, Ciceronis in phi-
losophia præceptor, ut ipse restatur in lib. de clar. Orat. Eodem (inquit)
tempore, quum princeps Academicæ Philo cum Atheniensium opti-
matibus Mithridatico bello domo profugisset, Româaque venisset
ei me totum tradidi, admirabili quedam ad philosophiam studiis
incitatus. Fuit etiam hoc nomine Iudeus Philosophus. Alexandriæ
natus, disciplinisque omnibus eruditus, & in nostra & græcorum
philosophia benè versatus: eloquentiae aurem platonicae tam diligens
æmulator, ut illud vulgō de eo iactaret, οὐδὲν φιλοφία, οὐ φιλο-
θεατης, hoc est, aut Plato philouisset, aut Philo platonillat. In di-
vinis autem legibus, & patiis institutis quantus fuerit, ex his quæ
nobis librorum suorum tradidit monumentis, palam est: Igitur tem-
poribus Caij quanta acciderint Iudeis mala, voluminibus absolvitis
quibus & suam legationem pro Iudeis apud Imperatorem retulit Sed
& Ioseph. huius legationis meminit lib. 18. Hunc Porphyrius quæ
lib. 4. magnis laudibus est prosequutus. ¶ Philo Herennius, Bi-
blius partia, grammaticus, tempore Adriani, de cuius imperio scri-
pit: præterea de civitatibus & virtutis claris libros xxx. Suid. ¶ Phi-
lo alias, architectus fuit: qui Atheniensibus armamentarium fecit
ut ait Cic. 1. de Orat. ¶ Fuit & alius Philo Cælij libertus, ut ipse te-
statur in Epist. sua ad Cic. lib. 3: Item alius pompeij libertus, ut scribit
Cic. Attic. lib. 16.

Philocalus, α. um, more Latinorum diceretur, qui, sicut Iones, ex adie-
ctis duo, um finium faciunt ea, quæ trium. Tamen & græcorum
communem rationem Latini sequuntur alicubi.

Philochætē, φιλοχæτης. Herba quæ alias martubium dicitur. Plin. lib. 12.
cap. 22.

Philochœtēs, φιλοχætēs, Atheniensis, vir doctissimus, & vates, tempore
Eratosthenis extensus insidiis Antigoni Macedoniæ fegit, ob
amicitiae suspicionem cum Ptolemaeo rege. Scriptis Atridis libros
xvi. qui continent res gestas Atheniensium, & reges & magistratus,
usque ad Antiochum cognominatum Deum, aliaque complura.
Autor Suidas.

Philocles, φιλοκλῆς, Atheniensis poëta Tragicus fuit, & non ita multo
post Euipidem, Eschili sororis filius, ab iracundiæ vitio Biliis
appellatus: facie fuit in primis foeda, capitèque in crista formam
acuminata. Scriptis fabulas centu. Reliquit filium nomine Morivus
& ipsum poëtam Tragicum. Hæc Suidas.

Philocomasium, nomen meretricis. in Milite, plaut.

Philocratēs, φιλοκράτης, Atheniensis, quem Demosthenes in prædi-
nis suspicionem adducit. Extant ad hunc aliquot Æschini epistolæ.
¶ Fuit & alius eiusdem nominis, Struthius cognominatus, de quib; vide Suidam.

Philocætēs, etis, vel etæ, φιλοκætēs, pæantis filius & comes Herculis
cui, idem moriens in Oera monte, mandavit ne cui corporis sui
reliquias indicaret, idque iurare cum coegerit, deditque pro munere
pharetram & sagittas Hydræ felle intinctas. Adveniente vero tempore
quum Delphico oraculo moniti essent græci, ad evertendam Troiam
sagittis Herculis opus esse, inventus Philocætēs & de Hercule interrogatus,
negavit se primò quicquam de Hercule sciē: tandem vero
mortuum esse confessus est, & quum graviter ad indicandum sepul-
chrū cogeretur, ne iusitandum violaret, ita pedis locum ostendit:
quumque ad bellum Trojanum dederetur, quia solus Lernæis
sagittis uti poterat, unius sagittæ casu in pede quo Herculis tumu-
lum monstraverat, vulnere penè immedicabili affectus est. Tandem
quum vulneris factor à græcis ferri non posset, in Lemno relietus est:
sed occiso Achille. Ulysses in Lemnum regressus, ad Troiam illum re-
duxit, ut inquit Ovid. lib. 13. Metam. Devicta autem Troia, pudore,
ne in patriam æger rediret, impeditus, in Calabriam venit, ibique
petiliam condidit. Virg. lib. 13. Æneid.

hic illa ducu Melibæi
Parva Philocteta submixa Petilia muro, &c.

Ovid. 13. Metam.

Su licet infestus sociis dure Philoctetes.

Vida

Vide *Praenatiades*, & *Praentia proles*, supra. Tandem opera Machaonis medici sanatus est, Propertio teste, Tarda Philoctetæ sanavit crura Machaoni. Vide *Praenatiades*.

Philodimus, nomen hominis proprium. In Plaut. *Afin.* sc. 4 a. 2. *I hilodēspōtūs*, φιλοδίτης, nomen servile, idem significans quod amans domini.

Philodicus, φιλόδικος, amans litem; iuris strepitu gaudens, non ius, lis. *Philōgrēcūs*, φιλογρέχος, qui libenter utitur dictionibus Græcis. *Varro*. 3. de *re rust.* c. 10. Transi, inquit Axius, nunc in illud genus quod nos philogreci vocamus, εὔφιλος.

Philologyā. Φιλολογία. Amor mulierum. *Ang.* The love of women. *Cic.* mulierositatem verit. 4. *Tusc.* Similiterque ceteri morbi, ut gloriæ cupiditas, ut mulierositas, ut ita appellen eam, quæ Græcè φιλογυνία dicitur, &c.

Philolaches, Plaut. *Mof.* sc. 3. a. 1. Volo placere meo Philolacheti. Alias philolachi.

Philología, φιλολογία, eloquentiæ studium. *Cic.* *Tyroni*, Non est enim locus ita sanctus à philologia, & quotidiana oratione, &c. Idem *Attic.* lib. 2. Non desideramus ne opera & oleum nostræ philologiae perierit: sed conferamus tranquillo animo.

Philologus, i, Studiosus eloquentiæ. *Cic. ad Attic.* lib. 13. Ergo illam ἀργεντινων, in qua homines, nobiles illi quidem, sed nullo modo philologi nimis acutæ loquuntur, ad Variationem transferamus. Idem ad *Quint. ratr.* Nos enim ita philologi sumus, ut vel cum fabris habitate possimus.

Philolais, φιλολαῖος, Pythagoricus quidam philosophus, cuius tres libros Plato quin tenui admodum esset pecunia, decem millibus denariorum mercatus est. Quod pretium à Dione Syracusano accepit.

Philolaus, φιλόλαος, Corinthius ille qui leges Thebanis dedit, ex familia Bacch adum fuit: amicus Dioclis, qui Olympia vicit: sed cum ille civitatem deseruerit, commotus ob amatorem matris Alcinœ, Thebas migravit, atque ibi ambo defuncti sunt. Habitavit igitur ob huiusmodi causam apud Thebanos, quibus leges descripsit, & alia quedam præcipue de libertorum procreatione, quam illi τίκτων appellauit. *Attic.* 1. *Pol.*

Philolædorus, φιλολαιδός, amans conviviorum.

Philomelā, φιλομήλη, nomen puellæ Pandionis Atheniensis regis filiaz, & sororis Progne, quæ quum à Tereo complessa fuisse, tandem (ut est in fabulis) deorum miseratione in avem sui nominis conversa est, quæ & Luscinia dicitur, quam etiam nunc deflere dicunt cantu dulcissimo iniuriam, quam passa est. *Martial.* lib. 14.

Flet Philomela n̄ fas incesti Tereos, & quæ
Mutata puella fuit, garrula fertur avis.

An inadvertisse hoc in loco est, contraria ac multi fabulam tradidunt, existimasse Gorgiam philometam in hirundinem, Prognem sororem ipsius in lusciniam conversam fuisse, quam etiam opinionem sequutus est M. Varro, Luscinia, inquit, luctuosa cancre existimatur, atque esse ex Attica Progne, in luctu facta avis. Et Virg. *Eclig.* 6 quum inquit.

Quas illi Philomela dapes.

Petrus Victorius in 3. lib. *Rheor. Aristot.*

Philomelus, φιλόμελος, amator sive amicus Musarum. *Martial.* lib. 7.
Nolite nemum tibi placere,
Delecta Philomuse, non amaris.

Philomyri, unguentorum studiosi. Stuck.

Philonium, φιλόνιον, medicamentu anodynū, omnium eius generis celeberrimum, si quis eo commodè utatur.

Philopæmenes, sive *Philopæmen*, φιλοπαιμῆν Suidæ Megalopolitanus, dux Achæorum præstantissimus. Lacedæmonios & Messenios multis cladibus affixit. *Plutarch.* in *Philopæmenene*, *Liv.* lib. 3. 5.

Philopolemus, est nomen Adolescentis in *Capr.* *Plauti*.

Philoponus, φιλόπονος, amans laboris, industrius.

Philosophema, φιλοσόφημα, aliquid circa quod à φιλοσοφia versatur, ut quæstio, item ratiocinatio necessaria.

Philosophia. Amor & studiū sapientiæ. Φιλοσοφία, hochmäch. φιλοσοφία. *GAL.* Philosophie, amour de sagesse. *ITAL.* Amore di sapienza. *GERM.* Diegesistene liebhabung der weisheit *His.* Amor de la sabiduria & prudencia. *ANG.* Philosophie, love of wisdom. *Cic.* 2. *Offic.* Nec quicquam aliud est philosophia, si interpretari velis, quam studiū sapientiæ. Idem 5. de *Orat.* Cognitio omnium optimatum re: um atque in iis exercitatio philosophia nominatur. Idem 1. de *leg.* Ita sit ut mater omnium bonarum rerum sit sapientia, à cuius amore Græco vero φιλοσοφία nomen invenit. Philosophia dividitur in tres partes, in moralē, naturalē, & rationalem. Prima componit animum, secunda re: um naturam scrutatur, tertia bene differendi rationem docet. Moralis Græcè ἡγεμονία dicitur, quæ περὶ ἔργων philosophiæ sibi nomen vendicavit. *Cic.* 4. *Tusc.* Est profecto medicina animi philosophia. *Senec.* I philosophia animum format & fabricat, vitam disponit, actiones regit, agenda & omittenda demonstrat. Apuleius, Disciplinam regalem appellat tam ad bene dicendum, quam ad bene vivendum repertam. Philosophiæ physicae. *Gell.* c. 28 lib. 2. Non constat id inter Philosophias physicas. Idem cap. 1. lib. 4. Non didici philosophias. Idem c. 3. lib. 5. Is eum philosophias docuit. *¶* Philosophiæ nigrae & turpes. *Seneca Epist.* 4. 9.

Philosophus, i, amator sapientiæ. Φιλοσοφός. *GAL.* Philosophie, amateur de sagesse. *ITAL.* Filosofo, amator di sapienza. *GERM.* Ein liebhaber der weisheit so sich auss die begibt. *His.* *Filosofo*, amador de la prudencia, & sabidura. *ANG.* A philosopher, a lesser wisedome. *¶* quod nomen à Pythagora primùm dicitur esse profectum, qui Sophistæ appellationem tanquam arrogantiorem refugiens, philosophum se nominari voluit: post quem deinceps omnes sapientiæ professor. s. hoc nomen sibi vendicarunt. *Cic.* 1. de *Orat.* Philosophi de: nique i, sius qui de sua vi ac sapientia unius omnia penè profitetur, eti tamen quædam descriptio: ut is qui studeat omnium rerum divinarum, atque humarum vim, naturam, causasque nosse. & omnem bene vivendi rationem tenere & prosequi, nomine hoc appelletur. Idem 3. de *nat. deor.* Autores rerum, non fabularum philosophi. Idem

4. *Tusc.* Magistri virtutis philosophi. Philosophi horum genera, & familiæ describit idem 3. de *Orat.* *¶* Philosophi descriptio ex fronte & barba. Quintil.

Philosophus, αὐτοι, *Gell.* c. 8. l. 13. Homines philosopha sententia. *¶* φιλοσοφος. *GAL.*

Appartenant à philosophie. *ITAL.* Pertinente à filosofo. *GERM.* Das zu den liebhabern der weisheit gehört. *His.* Pertenciente à filosofo. *ANG.* Belonging to a philosopher. *¶* *Cic.* 5. *Tusc.* Ad Brutumque nostrum hos libros alteros quinque mittemus: à quo non modò impulsi sumus ad philosophicas scriptiones, verum etiam lacessiti.

Philosophaster, φιλοσοφάριμος. I hilosophorum imitator, qui philosophiam à limine salutavit.

Philosophor, aris. *¶* φιλοσοφία. *GAL.* Estudier en philosophie, philosopher.

ITAL. Studiare in filosofia, filosofare. *GERM.* Sich der weisheit beschäftigen achsen der weisheit und Philosophey redend und disputieren. *His.* Estudiar en filosofia, philosopher. *ANG.* To studie and give diligence in philosophie. *¶* Sapient: est studio, vel philosophorum more dispergo, etiam virē bene instituendæ rationem, vel rerum naturas perstutor. Cic. lib. 1. de *nat. deor.* Et quam minimè videbamur, tum maximè philosophabamur. Idem 2. de *Orat.* Ac sic decrevi philosophari potius (ut Neoptolemus apud Ennium) paucis, nam omnino haud placet. *Plaut.* in *Pseud.* sc. 3. a. 2. Certa amittimus, dum incerta petimus: atque hoc evenit, In labore, atque in dolore, ut mors obiepat interim. Sed satis est philosophatum, nimis dñi, & longum loquor. Id dicitur de servis qui sententias loquuntur est. Idem *ibid.* sc. 2. a. 2. Salvus sum: iam philosophatur. Idem *Capt.* sc. 2. a. 2. H. Pater vivitne. P. Id Orcum scire oportet. T. Philosophatur quoque, non modò mendax est.

Philostōgiā, φιλοστογία. A Græcis dicitur indulgentia, amörque vehemens parentum in liberos, verūci voces huiusmodi, que neque Latinis scriptoribus sunt usitatæ, neque nostris literis scribi consuetunt, rect. us in Græcum dictionarium referuntur. Quare non immēdīo plerisque id genus (que huc non paucæ nullo iudicio erant insertæ) abiecamus, & veluti nothas ex aliena familia segregavimus: idque codem iure quo Latinas à Græco lexico eximeremus.

Philostrātūs, φιλοστράτος. Lemnius philosophus tempore Severi principis Romæ claruit, cuius uxori fuit ab epistolis. Scripta Vitas sophistarum ad Severum, & de Vita Apollonij Tyanei libros octo, pietate Heroica. *¶* Philostratus, huins pater, Athenis docuit Neronis tempore: scriptis panegyricos plures, & declamationes oratoribus valde probatas, compluraque alia quæ à Stida commemorantur. *¶* Philostratus tertius, superioris filius, docuit Athenis: scriptis Panathenica, Troiam, Paraphrasim Homerici clypeci: Iconasque quas hic multi acceptas referunt. Suid.

Philothērus, φιλοθερός. Speculationi deditus. *Cic.* *Trebatio* lib. 9. Deinde quod in Britannia non nimirum te philothœtum præbūisti, planè non reprehendo.

Philotimia, φιλοτιμία amor honoris, &c, pet Synecd. ambitio.

Philotimus, amator honoris, φιλῶν τιμὴν.

Philoxēnus, φιλοξένος. Hospitalis, quo nomine dictus est poëta quidam Lyricus, qui quum sibi Dionysius tagoream quandam castigandam commisisset, ducta linea à capite ad calcem totum opus damnavit: quapropter in latomias conicetus est, indeque Tarentum aufugi: Dionysioque se per literas revocanti, nihil aliud quam monosyllabū, & rescripsit, sc̄pius repetitum. Autor Suidas. *¶* Fuit etiam hoc nomine parasitus quidam, qui collum gruis sibi optabat, quod diutius cibi, potusque de latrone ficeretur. De hoc Philoxeno tradit Plutarchus, & Athenæus eum solitum esse conviviis adhibitum, se in pulchra canunget: ut reliquis rei fœditatē abhorrentibus, solus epulis ficeretur. Idem etiam traditur de Gnathone quod: in Siculo. *¶* Philoxenus Ecteniensis pictor, Nicomachi discipulus, cuius tabula nullis postponenda Callando regi picta, continuit Alexandri prælium cum Dario. Idem pinxit & Lasciviam in qua tres Sileni commessebantur. His præceptoris celeritatem sequutus, breviores etiamnum quasdam picturæ vias & compendiarias invenit. Verba sunt Plinij lib. 3. cap. 10. *¶* Philoxenus Grammaticus Alexandrinus, Romæ scriptis de monosyllabis verbis, de Hellenismo, de linguarum dialectis, & alia. Suid.

PHILTRVM, i, φιλτρον. *GAL.* Poison pour faire aimer. *ITAL.* Veneno che induce ad amare. *GERM.* Eis bulens supplex ein spez oder trank so ein but dem anderen guessen oder zutrincken gibt, in zu unsinniger heilschaft zubringen. *His.* Los hechizos. *ANG.* A drink, or any such thing which causeth lese. *¶* Pharmacum amorem concilians. (Cicer. Amatorum poculum appellat) hoc est, quicquid eo animo edendum bibendumve datur alicui, ut inducatur ad alterius amorem, qualia nonnulla commemorantur à Plinio: que tamen pleiaque omnia iugendæ potius insaniæ, quam conciliando amori videtur convenire. Ovid. corum usum vehementer dissuadet, lib. 2. de Arte, Nec data profuerint pallentia philtrea puellis: Philtrea nocent animis, vimque furoris habent. *¶* Per translationem philtrum accipimus pro corporis totius venustate, dignitate, morumque comitate, oculis hominum ita grata, ut solo aspectu inite gratiam ab omnibus quis facilè possit. Galli sua lingua Gratiam appellant.

Iphilodotas, φιλοδότης, herba asplenum; quasi dans philtrea, ad superstitiones & magiam cā abutuntur.

Philyrā, Φιλυρα. *GAL.* Teel, ou tilleul. *ITAL.* Tiglio. *GER.* Ein lindebaum. *His.* La teja arbol. *ANG.* A thinne skinne betwene the bark and the tree a leaf or shed of paper. *¶* A Græcis dicitur arbor, quam Latinis tiliam vocant. Plin. item lib. 16. c. 14. Philyram vocare videtur membranam tenuissimam inter corticem & lignum tiliæ aboris, ex qua coronarum lemnisci conficiebantur. Inter corticem, inquit, & lignum tenues tunicas multiplici membrana ē quibus vincula tiliæ vocantur: tenuissimæ earum philyræ, coronarum lemniscis celebres, antiquaque honore. Ovid. lib. 5. Fast.

Ebris incinctis Philyra conviva capillæ Saltat.

Accipiuntur etiam philyræ pro membranis papyri, vel aliarum arborum in quibus olim scribebatur. Maitian. de nups. Philolog. Libri in philyra cortice subnotati Plin. l. 13. Preparantur ex eo chartæ divisæ

acu in prætenuis, sed quām latissimas philyras. Alia exēplaria habent philyras, quod in idem recidit. Multæ enim sunt Græcæ dictiones, que apud Latinos indifferenter scribuntur per y, vel u. Solabant enim prisci Latini, qui peregrinas litteras non admittebant, loco y, scribere u. Philyra, est etiam proprium nomen filiæ Oceanī, ex qua Satyrus in equū conve. sus Chironem centaurum dicitur suscepisse: qui à matre philyrides, & philyreius dicitur. Scribitur autem hoc nomen & eius derivata simplici l. Poëtae tamen suo iure, ut primam syllabam extendant, germinant hanc consonantem. Ovid. I. r. de Arte amandi.

Philyrides puerum cithara perfecit Achillem.

Phimōsis, Φιμόσης, dicitur quom glans membri virilis ita regitur præputio, ut nudari non possit. Dicitur Φιμόσης δέ τον Φίμος, quod nexus in superiori parte sacci significat, quom scilicet totius saceuli oris ambitus funiculio colligatur. Est & phimosis, virtutum huic prorsus contrarium, quum præputium semel deductum, suum in locum reduci non potest: quod vitij genus etiam φιμόσης appellatur.

Phineus, Φίνεος, Agenoris fuit filius, ut Hellanicus ait: ut Hesiodus, Phœnicis, & Cassiopea, Agenoris nepos, frater Cilicus, Dorycli, & Atamini. Hic rex Arcadiæ, vel ut alij, Thraciæ, vel rursus alij, Paphlagoniæ uxorem duxit Cleopatram, (quam quidam Stenobœa vocant) ex qua genuit Olythum, & Crambum, ut Sophocles: ut alij, Maryandinum & Thymum: vel ut rursus alij, Palemonem & Phinea: quibus mortua priore coniuge Cleopatra Harpalycen Calais & Zethæ sororem, novicam superinduxit: quamvis Flaccus non Harpalycen, sed Cleopatra Boreadum sororem appellat: cui etiam Appollonij interpres assentitur, qui i. Phineum Cleopatrā Boreæ & Oriothiæ filiam uxorem duxisse tradit, secundam verò Idæam Dardani filiam novicam superinduxisse: cuius suauis filios ex Cleopatra susceptos excavat. Quapropter & ipse excavatus est à diis, tum Harpyæ contra eum milie, quæ cibos & mensam eius turpissime foedarent. Postea verò advenientibus ad ea loca Argonautis, à Calai & Zeihe fratribus atlatis, rursus, ad Strophades insulas fugatae sunt, vide supra Calau. Postea ab Hercule interfactus dicitur, quum in solitudine liberos Phinei offendisset excavatos, compreseritque eos calumniis novicam electos fuisse, &c. Phineus alias fuit, Cephei frater, qui quum præmissam sibi Andromedam filiam fratris à Perseo, cui ex pacto postea nupserat, repeteret, ab eodem Perseo in marmor mutatus fuit visa facie Medusa. Vide Ovid. lib. 5. Metamorphos. Fuit & alias Phineus Atheniensis in avem mutatus, ut idem refert l. 7. Metamorphos, quem iustissimum vocant.

Phineus, 2. um, apud Senec. & Phineius, 2. um, apud Virg. lib. 3. Æneid.

— quas dira Colano

Harpyaque colunt alia Phineia postquam

Clausa domus, mensa que metu liquere priores, &c.

Phison, Φίσων, teste Iosepho l. 1. c. 2. Una est ex partibus magni fluminis in omnem terram undique profluentis, quo paradisus irrigatur, qui deductus in Indianam pelago latè diffunditur. { Her flus Ganges in India } A Græcis nuncupatus Getha: alijs Gangem interpretantur, alijs Nilum.

Phla, Insula est in Tritonide Africæ palude, de qua sic Herodot. lib. 4. Ait Iasonem posteaquam sub Pelio Argo exædificavit, impositis in ea cum aliis solennibus hostiis, tum verò tripode æro, circuisse Peloponnesum, animo Delphos eundemque quum teneret cursum circa Maleam, abiectum à vento Aquilone, & abductum in Africam, & priusquam tellurem cerneret, in asprebris paludis Tritonidis astuisse, eique hæsitanti de egressu apparuisse Tritonem, ac iussisse sibi dari tripodem, quod diceret ostensurum se illi exitum, atque incolumem remissurum.

Phlanonites, Φλανωνῖται Steph. Populi sunt Illyrici, à quibus nomen fui est inditum, quem modò nautæ Quaternarium appellant, alijs Carnarium propter naufragia, procelloso ferme semper transiit. In recessu eius Senis vībs, cuius à tergo specus sunt, unde vehementes nulla fere non hora venti perflant, eaque res infarctum eum sinum reddidit. Dicta Phlanonites ab oppido Phlanone, unde sinus omnis hic Phlanoniticus. Φλανωνικος. Stephan. vocatur: qui à Pola colonia Iaderam usque diffunditur.

PHLEBÖTÖMIA, Φλεβοπολι. GAL. Saignée. ITAL. il caramento di sangue, salasso. GERM. Ablassung, öffnung der aderen. HIS. Sangria, corrodura de vena. ANGL. The cutting of a vein. Incisio venæ quæ sit ad sanguinem minuendum sedandi fervoris gratia, φλεβή enim dicunt Græci quas nos venas, & riperent incideat.

Phlebōtömön. Φλεβόθυμο. GAL. Lancette. ITA. Lancetta. GERM. Ein Lisenen oder sternen. HIS. Lanceta para sangrar. ANG. A knife wherewith a poise is cut. Scalpellum quo vena fecatur.

Phlegethon, Φλεγέθων, fluvius inferorum, flammis æstuantibus rapidus: à φλέγω, ardeo. Virg. 6. Æneid.

Quæ rapidus flammis ambit torrentibas avinis

Tartareus Phlegethon, torquique sonantia saxa.

Hinc Phlegethontes, 2. um, penult. prod. Et Phlegethontis, idis, scem gen. Ovid. 5. Metam.

— sparsamque caput phlegethontide lymphæ.

PHLEGMA, tis. Φλέγμα. GAL. Flegme. ITAL. Flemma. GERM. Die seuctigkeit oder auch rost in des menschen leib. HIS. Flema. ANG. Fleume, sneeill. Humor est in corpore animalis frigidus & humidus, quem Latinè pituitam vocamus. Hinc & Phlegmatici dicuntur, in quibus humor hic cæteris præponderat.

Phlegmone, es, φλεγμών, inflammatio alicuius partis proficiens ex intemperie primarum qualitatum cum affluxu materiæ calidæ & humide, hoc est, sanguinis.

Phlegon, Φλέγων, unus ex equis Solis, à φλέγω, quod est ardere, ditus. Ovid. 2. Metam. Vide Æthon.

Phlegontis, idis, Φλέγων, gemmæ genus, quod in ea flamma quædam intus ardere videatur. Plin. lib. 37. 11.

Phlegra, vel Phlegre, es, Φλέγρα, urbs Macedoniæ, teste Plinio lib. 4. c. 10.

& vallis circa hanc urbem in qua Gigantes olim cum diis conflixerentur.

Phlegrei, Φλέγραι, campi duo fuere, alter in Græcia, à Phlegra Ihesalig valle iuxta Pallenem, ubi Gigantes cum diis conflixerentur.

Galepini Part II.

tur. Alter in Campania propè Cumas, in quo Hercules cum his prælium commisit. Strab. lib. 5. Fortunatus erat & campus nomine Phlegrus, in quo res à Gigantibus gestas fabule divulgentur; nullam aliam ob causam (ut credi fas est) quām quod terra ipsa suapte virtute præliorū conciliatrix esset. Theagenes verò & Eudoxus, qui ad historicam fidem pugnam hanc conantur reducere, Pallenen (inquirunt) quæ veteri nomine Phlegra vocabatur, homines tenuerunt, quibus immunitas & superbia morum, Gigantum cognomen peperit. In hos incunite præliura Hercule fulmina de celo missa sunt, donec iij tigere coacti sunt, atque ingenti victoria superati. Ex hac re rumor in vulgo ortus, Gigantes bellum diis inovisse. Silvius lib. 12. Tadunt Hercules prostratos mole Gigantes Tellurem iniectam quatere, & spiramine anhelo Tōreti latè campos, quotiesque minantur Rumpere campam impositam, & pallescere cœlum. Id autem ideo siestum est, quoniam ea regio tota sulphure plurimo secat. Hinc fit ut ventorum impulsu excitetur passini ignis: qui quum exitum è cavernis natura expertat, dum luctatur assidue, terram tandem quat & commovet, exuritque frequenter, unde & nomen solitum. Ολύξ, enim Græcæ exurete, arde: èque significat.

Phlegreas, Φλέγραι. Vaus ex Centauris, Ixionis & Nubis filius, apud Ovid. 12. Metam.

Phlegyas, Φλέγυα, Martis filius, rex Lapithorum in Thessalia pater Ixionis, & Coronidis nymphæ, quam quum ab Apolline virtutæ sensisset, confessim ira percitus, templum eius Delphis incendit. Quapropter Apollo iratus ipsum sagittis interfecit ad inferos detruxit, ubi haec pena afficitur, ut sub ingenti lasso ruinam minitante sedens semper, illud casuram suspicetur & timeat. Phlegyas item populi sunt insulani Thessaliæ, à Phlegya Ixionis patic cognominati. Hi cum sacra legi essent, deosque & homines spernereat, ab irato Neptuno immenso diluvio submersi sunt quorum apud inferos meminit Virg. Æneid. lib. 9.

— sedet, aternamque sedebit

In felix Thesæus, Phlegyasque miserrimus omnes
Admonet, & magna testatur voce per umbras,
Disceite iustitiam moniti, & non temnere divos.

Phlegas, Φλέγας, Dioscoridi herba est caulem habens aculeatum, & folium hispidum, quam nonnulli stœben appellant. Auter Plinius lib. 20. cap. 15. Hermol. in Diosc. l. 4. cap. 14. indicat Phlegon dictam Φλέγας, quod est fœcundum esse, quod in Orchomenio lacu copiosissime proveniat.

Phlius, unlis, Φλίους, iubis in medio Sicyanij, Argivique agri, ubi religiosissime celebatur Hebe. Auter Strab. l. 8. Oppidi huius incolæ Phliunti, Phliusij, & Phliasij dicuntur: regioque circumjecta, Phlia, antea Eichryza dicta, teste eodem Strab. loco iam citato.

Phlogensis, Φλέγωσις, ardor, à φλέγω inflammo.

Phlomes, Φλόμες, verbascum herba, qua pro ellychniis utuntur: lucernaria.

Phlox, φλόξ, floris genus, solo placens colore, odoris prorsus expers: ita dictum, ut suspicor, à colore flammæ, quam εἰδεῖ φλέγα appellat. Plin. lib. 21. c. 10. Colore tantummodo placet Iovis flos, odor aberit, sicut & ille qui εἰδεῖ φλέγα vocatur.

Phlyctenæ. Φλυκταιραι. GAL. Bouons. ITAL. Bitorzoli. GERM. Bulzen oder porpelen in denen wasser oder eiter wachst. HIS. Pestilias. ANG. Flilde fier or blisters. Iustulæ sunt maiores, pallide, livide, aut nigre, aut alterius coloris à naturali recedentis, humorem in se continent, quæ ubi rumpuntur, infra caro quedam exulcerata appetit. Gignuntur autem vel ex igni, vel ex frigore, vel ex medicamentis ut tradit Cels. lib. 5. c. 28. dictæ Phlyctenæ, à φλέγω, quod est bullire, sive bullas facere.

Phoba, φόβη, coma propriæ leonis, juba, à φόβη, terreo: deinde est pannicula, jubatus culmus.

Phobetoris, φοβητης, filius Somni, apud Ovid. 11. Metam.

— at alter

Fit feræ, fit volucris, fit longo corpore serpens:
Hunc Icelon superi, mortale Phobetora vulgas
Nominat.

Dictus est Phobetor à græcis φοβητης, id est, pertrefacere: Icelos autem, quia omnium animalium formam inducere possit, est enim φοβητης, similis.

Phocæ, æ, φάκη, Bellua marina, corio & pilis testa, per somnum mugiens. Vnde & vitulus marinus appellatur. Coit Canum more, partitque in terra terrestrium animalium ritu. Virg. lib. 4. Georg.

— & turpes pascit sub gurgite phocas.

Ovid. Ep. 10. Magnos in littore phocas.
Plin. lib. 9. cap. 7. Et vituli marini, quos vocant phocas, spirant, & dormiunt in terra.

Phocæ, Phocarum, Insulæ sunt Cretæ adiacentes, ut ait Plin. lib. 4. c. 13.

Phocæ, φάκαι, iubis Ioniae, Athenieum colonia, teste Strabone lib. 14. unde profecti sunt, qui Massiliam apud Gallos non procul à Rhodano condidere. Dicta Phocæa, quod vituli marini magno numero apparuissent urbem condentibus. Est etiā Caria Phocæa, monte Mycale apposita: ab hac Phocæenses, φάκαι, ut à Græcorum Phocidae, Phocenses, φάκαι. Ab utraque Phocæicus, ca, cum, ut Murex Phocæicus, littus Phocæicum.

Phocæi, φάκαι, iubis populi, qui assiduis persarum bellis exagitati communis consensu patriam reliquerunt, dirisque exercitationibus se devoverunt, si quando codæ redire conarentur. Varia deinde fortuna usi, tandem in Galliam delati sunt, ubi Massiliam condiderunt. Hor.

Nulla sit has potior sententia Phocorum

Velut profugis, execrata civitas.

Vide Erasin. in Proverbio, Phocensium execratio.

Phocena, φάκαια, balæna, tursio, ut vertic Gaza, piscis inter cetarios, à φάκαι.

Phocæus, id est, Pylades. Ovid. Eleg. 4. lib. 1. Trist. & Eleg. 4. l. 4. ibidem.

Phocæs, φάκαι, Romani Imperato: is, item celebris Grammatici nomen. Phocæia, æ, φάκαια, insula in mari Ægæo ex adverso Attice, cuius meminit Plin. lib. 4. cap. 12.

Phœchæ, φοῖχη, urbs Beotiae, ad sinum Oœteum: cuius meminit ptol. lib. 3 cap. 15.

Phœcylidæ, φοῖκυλιδæ, Milesius philosophus æqualis Theognidis. Natus est quinquagesima nona Olympiade. Scipio Heroicum carmen & Elegias, item Paræneticum carmen, ex libris Sibyllinis, ut volunt decerpsum. Vide Suidam.

Phœcîon, φοῖκιον, civis Atheniensis tanta virtute integritate, ut quum magnas sibi opes ex magistratibus, qui plurimi ei deferebantur, posset comparare, pauperissimus tamen permansevit: unde & Φοῖκιος, hoc est, probi, sive frugi cognomē invenit. Hic neque ridere, neque lacrymare ab ullo unquam est visus: & in concione quum quis dixisset, Cogitabundus videbis, Φοῖκιος. Recte, inquit, conjecturas. Cogito enim ratione ali quid de his detrahere possim, aut omittere quæ apud Atheniensem populum dicere decrevi. Huic quum legati philippi Macedonum regis ingentia munera offserent, hortarenturque ut ea acciperet, admonerent que sumi, quamvis ipse facile his careret, liberis tamen eius esse necessaria, quibus difficile foret in summa paupertate ad patrem gloriam pervenire: Si mei, inquit, similes erunt, idem hic agellus alet illos, qui me ad hanc dignitatem perduxerit: si dissimiles, nolo meis impensis illorum ali, augerique luxuriam.

Phœcî, idis, φοῖκις, exigua græcia regio, finis Crissæ adiacens, Delphico oraculo, & Helicone Parnassique montibus inclita.

Phœcînæ, huius incolæ dicuntur φοῖκις, à quibus nonnulli putant profectos esse Massiliæ conditores, noui (ut alii existimant) à Phœcensibus Ionæ populis. Cui etiam sententia non obscurè subscripta plin. l. 3. c. 4. ubi Massiliam græcorum Phœcensium coloniam appellat, ad disceimus (ut videtur) Astaticorum. Idem ostendit & Lucan. lib. 5. Massiliæ que suæ donatur libera Phœcæ.

Phœcûs, ci, φοῖκος, filius Aaci, cuius meminit Ovid. lib. 7. Metam.

Phœcûs, pl. lib. 4. c. 12. Insula una ex Sporadibus.

Phœbæ, φοῖκα, Phœbi sacerdos: ita dicta, teste Servio, quod Phœbi numinis concepto afflato fureret, & agitatetur in Baechantis imaginem. Sidonius, Nec sic intortum violata Phœbados ultrix In Danos fulmen iecit. Ovid. Eleg. 1. lib. 2. Trist.

Téque Mycenæ Phœbas amata duci. (i. Cassandra.)

Phœbe, φοῖκη, splendida coma, tanquam subaudiatur νύμφη φοῖκος est splendidus, purus.

Phœbe, φοῖκη Phœbi soror, hoc est, Diana, sive Luna, Virg. 2. Georg. vento semper rubet aurea Phœbe.

Ovid. 2. Metam.

Quanto splendorum quam cetera sidera fulget
Lucifer, & quanto quam Lucifer auroa Phœbe:

Tanto virginibus præstantior omnibus Herse ibat.

Iaculatio Phœbe, idem Epist. 19. Innupta Phœbe, idem 1. Metam.

Nemoralis Phœbe. Stat. 1. Syl. v.

Phœbus, φοῖκος. Apollo, Iovis & Latonæ filius, eodem partu cum Diana editus (quæ & ipsa Phœbe vocitata est) divinationis & sapientiae Deus à Poëtis existimatus, & medicina repetitor. Dictus Phœbus quasi φοῖκος θεός, id est, lux vitæ. Virg. 3. Eclog.

Et me Phœbus amat, Phœbo sua semper apud me
Munera sunt, &c.

Sicè super terras Phœbus, seu curveret infra.

Tibull. lib. 4. Item, Vicinus Phœbo tenet arva, &c. Ibid.

Ipsa mihi non si præscribat carmina Phœbus.

Idem ibid.

At media est Phœbi semper subiecta calore. Ibid.

Phœbæ, nūm, φοῖκος. Virg. 3. Æneid.

Argolici clypei, aut Phœbea lampadis instar.

Phœmon lacus est Arcadiæ, de quo Ovid. 15. Metam.

Est Lacus Arcadia, Phœmon dixerit priores,

Ambiguis suspectus aquis, quas nocte timeto,

Nocte nocent pota, sine noxa luce bibuntur.

Phœnix, cynosura, ursa minor, quæ, ut ait Manil. lib. 1.

— judice vincit

Maiorem Tyro. Pœnæ hac certior auctor

Non apparentem pelago quarentibus orbem.

Phœnicæ, φοῖκη, populis Syriæ, Iudeæ contermini, quorum præcipue uides fuerunt Tyrus & Sidon. Horum regio Phœnix, φοῖκη, sive Phœnica appellatur, à Phœnice Neptuni & Libyes filio, ut Stephano placet. Cui opinioni etiam accedit Silius lib. 1.

Et qui longa dedit terris cognomina Phœnix.

Phœnices ingenij acumine plurimum valuerunt: quippe qui & litterarum & navigandi artis primi inventores extitisse putantur. Rursus ex Dionysio.

Phœnicum regio est, hi rubro gurgite quandam
Mutavere domum, primique per aquora velti
Lustrave jalum, primi docuere carinis
Ferre carnis orbis commercia: sidera primi
Seruaveri poli.

Lucanus Item lib. 3.

Phœnices primi famosi (creditur) ausi

Mansuram ruddibus vocem signare figuris.

Phœnissa, φοῖκη, Mulier ex Phœnice Syriæ regione: cuius masculinum est Phœnix. Virg. 1. Æneid.

Hinc Phœnissa tenet Dido, blandisque moratur Vocibus.

Phœnicæ, a. um, φοῖκη, genus coloris, qui alio nomine spadix appellatur, qualis in palme fructu appareat sole non admodum incerto, græci enim φοῖκη, dactilos appellant. Gellius cap. 16. l. 2. à spadice separat. Quidam voluerunt Phœnicum colorem eundem esse cum purpureo, à Phœnicibus populis dictum existimantes, apud quos præstantissima olim purpura tingebatur. Quorum opinioni quod minus assentiar, facit Plinius autoritas, manifestè Phœnicum colorem à purpureo distinguens, lib. 21. c. 23. Aut enim, inquit, Phœnicum habet florem, aut purpureum, aut lacteum.

Phœnix, Phœnicæ, φοῖκη. Diocles herba est quam Latinæ hordeum matinum appellant teste Plin. lib. 21. c. ult., Quidam hodie sterilem avnam vocant.

Phœnicius, a. um, idem quod Phœnix, a. um, Plaut. Pseud. sc. 2. a. 1. C. 23

Phœnicium phœnicio corio iavises pergulam.

Phœnicium, nomen meretricis, in Pseud. Plauti.

Phœnicobalanus, φοῖκοβαλανος, & Palmæ Ägyptiz fructus, præ maturitate nigrescens, vescentésque ineptians. Qui verò adhuc viridis ante maturitatem decerpsum, adiposus appellatur. Plin. lib. 12. c. 12. Myrobalo similem in unguentis, proximumque ulsum habet palma in Ägypto, quæ vocatur adipos, viridis, odore malo cotonei, nullo intus ligno. Colligitur autem paulò ante quām incipiat maturescere. Quod relinquitur, phœnicobalanus vocatur, & nigrescit, vescentés, ineptians.

Phœnicurus, φοῖκυρος, avis à caudæ rubedine ita dicta, quæ hyberno tempore Erithacus appellatur Autor Plin. lib. 10. c. 29.

Phœnicopterus, φοῖκοπτerus, avis à pennarum rubedine dicta. Græci enim rubrum φοῖκοπτerus, appellant, & aliam πτηγον. Iuvenal. Satyr. 11.

Et Scythica volucres, & Phœnicopterus ingens.

Avis huius lingua in præcipuis epularum delicis erat olim apud Romanos Plin. lib. 10. cap. 48. Phœnicopteri lingua præcipui sapotis esse Apicius docuit, nepotum omnium altissimus guiges. Martial. lib. 13.

Dat mihi penna rubens nomen: sed lingua gulosis

Nostra placet, quid si garrula lingua foret?

Phœnicus, φοῖκος, una ex Vulcanis insulis, apud Plin. lib. 3. c. 9.

Phenigmus, Φοῖκημος, quasi dicas rubicatio, est medicamentum quo in corpore excitantur rubra papulae.

Phœnio, φοῖκη, herba anemone.

PHœnix, icis. {Φοῖκη. GAL. Phenix. ITAL. Fenice. GERM. phœnix. HIS.

Picus Martius à Latinis cultus. Plutarch. in Romul. { Picus & Faunus vici à Numa, & qui, Plutarch. in Numa. { Præterea picos, Romani veteres vocabant quos Græci gryphas, bellugas quadrupedes, aunitaque, visu & forma terribiles, corpore leonino, rostro, alis, pedibus, aquilis similes. Habitare in Hyperboreis montibus in Astartica Scythia feciuntur ubi aurum & gemmæ nasci perhibentur, ibique tanta rabie in homines deservire, ut terrani ipsam inhabitabilem faciant, quasi geniti esse videantur ad plectendam avaritiae temeritatem. Plaut. in Aulul. Picos divitiis qui aureos montes colunt, ego solus superio. Ita Non. c. 2. Plin. lib. 10. cap. 49. fabulosa existimat, quæcunque de gryphibus, come[n]te norantur. { Fuit &

Picus rex Latinorum, Fauni pater, Latini regis avus, auguriorum peritisimus, qui à Circe adamatus, quum ejus conjugium sperneret, mutatus fuit in avem sui nominis: quod idcirco singi creditur, quoniā primus hac ave usus est in auspiciis. Ovid. 13. Metam.

Picus in Ausoniis proles Saturnia terris.

De hoc vide Servium 7. Æneid. in hunc Virg. locum;

Picus equum domitor: quem capta cupidine conjux.

Aurea porcissum virga, versumque venenis

Fecit avem Circe, sparsaque coloribus alas.

Pidites, πιδίται, vir fuit Pericofius, ab Ulyss, ut ait Hom. Iliad. 7. in bello Troiano interemptus.

Pleiās, πιεζα. Regio in finibus Macedonie, inter Axium & Aliacmonem fluvios, quam Macedones pulsis indigenis occupant. Vide plin. lib. 4. cap. 12. & Strab. lib. 10. { Hinc picides Musæ, quod in Pieria ex Iove & Mnemosyne natæ sint, ut inquit Strab. { Est item Pieria, Syrie Antiochenæ urbs celeberrima, alio nomine Seleucia dicta. Autor plin. lib. 5. cap. 21.

Piericus, a, um, ad Pieriam montem pertinens. Pierica pix, quam fundunt pieriae arbores.

Pieriæ, πιεζα, populi olim Macedonie finitimi, inter Axium, & Aliacmonem amnes quibus pulsis Macedones loca eorum occupant. Horum meminit plin. lib. 4. c. 10. & Strab. lib. 10.

Pieriūs, a, um, πιεζα, ut Pierium carmen. Lucr. lib. 1. Chorus pierius,

Ovid. ad Pisnem. Dies pierij quos inspendimus literatura studiis.

Stat. lib. 1. Syl. Via Pieria. Ovid. 2. de Pont.

Lucida Pieria tendu in astra via.

Tibull. lib. 4.

Nec tantum tibi Pierij tribuentur honores.

Pierus i. m. Thessaliz post Phetas atque in Macedoniam usque protensus teste Plin. lib. 4. cap. 8. In hoc monte quidam Musas natus voluit atque in le Pieridas esse appellatas. Ovid. Eleg. 4. lib. 5. Trist. Egi mollem in studiis vitam, Pieridumque choro Ibid. Eleg. 1. Qu' esque nulla nisi studio est, pieridumque mora. Idem Eleg. 7. lib. 3. Tristum. Invenies illam inter libos Pieridumque suas. Idem Eleg. 9. lib. 4. Trist.

Pierides viri. Et sua tela dabunt.

Fuit pierus, n. d. Macedo quidam praedives, qui ex Euvippe uxore novem suscepit filias: quae Musas ad certamen cantus provocare ause. & ab illis superatae in totidem picas sunt mutatae: unde postea Musae earum nomina velut trophaeum usu pantes, Pierides sunt cognominatae: quamvis alij à Pieria quae est Macedonia regio, alij à Piero Thessaliz monte, sic dictas velint. Virg. Eclog. 8.

vos qua responderit Alpheobaeus

dicite Pierides, non omnia possumus omnes.

Pietatis est debitus cultus erga Deum, patriam, & parentes, eosq; qui nobis parentum loco sunt colendi. ΣΥΝ θεού εδέσθησαν πιετάσια. GAL. Pieté, religion, le devoir qu'on doit à Dieu premierement, & après à ses pere & mere, enfaits, & autres proches. ITAL. Pietà, culto debito verso Dio, padre, madre, figliuoli. GER. Gebürende ehreerbietung vnd liebe gegen Gott insonders. Demnach auch gegen vatter/mutter / vnd andere neben menschen. Goetes forcht/fromkeit. HIS. Piedad, religion y acatamiento de Dios, de padre y madre, de la patria. ANG. Pierie, godliness. Σ Pietas (inquit Augustinus) propriè Dei cultus intelligi solet, quam Graci obsequia vocant. Et sic à Cicerone accipitur, quum inquit pro domino sua. Nec est ulla erga deos pietas, nisi honesta de numine eorum ac mente opinio, quum experti nihil ab iis quod sit injustum, atque inhonestum arbitriu. Plaut. Pseud. sc. 3. a. 1. Non potest pietate obstat huic. Idem Curc. sc. 2 a. 5. Pietas mea serva me, quando ego te servavi sedulo: pietas oculis dolorem prohibet. Idem Ibid. sc. 1. a. 5. Item Ovid. Eleg. 7. lib. 4. Trist.

Cur tua cessavit pietas?

Plaut. Pseud. sc. 3. a. 1. Pietas prohibet (fallere patrem) Ibid sc. 1. a. 1. Pietatis causa Σumitur etiam latius (ut diximus) nomen pietatis, ut amorem complectatu. filii erga parentes & propinquos, & civis erga patriam. que communis omnium civium est parentis. Cic. in somn. Scipion. Cole Pietatem, quae quum sit magna in parentibus & propinquis, tum in patria maxima est. Σ Est autem pietas abstractum ab affectu pio. quod propriè de eo dicitur quod Deum, patriam, parentes, & qui parentum loco sunt iusto cultu prosequitur; Σ Impietas, quae ab in iustitia sic distingui solet, quod illa in Deum, hæc dici in homines potest. Per illam contemplatione delinquitur: hac opere & factis peccant. Σ Pietas etiam à Romanis dea putata est: quæ adem habuit Romæ in eo loco ubi postea Marcelli theatrum extrectum est. Autor Plin. lib. 7. cap. 36.

Piga, summitas natum. Vetus. lego Pyga.

Pigo, Graecè dicitur depresso rigilla ortopta, genus vasis.

Piæ, a. um. p. optiè dicitur de eo qui Deum, patriam, & parentes, & eos qui parentum loco sunt, justo cultu prosequitur. ΣΥΝ θεού εδέσθησαν δορθρός. οντός. GAL. Pieux, devot, religieux, qui rend le devoir à Dieu, ses pere & mere, & autres prochains. ITAL. Pio, chi fa suo debito verso Dio, padre è madre, come si appartiene. GER. Gottsächtig, fromm/der Gott vñ den menschen gebärende pflicht leister. HIS. Pio, catholicus, ANG. Godlie. Σ Virg. 3. Georg. Dij meliora piis. Cicer. 3. Offic. Ipsa pietate conductus pios habere cives in parentes. Ovid. 13. Metam.

Me pia detinuit conpux, pia mater Achillem.

Idem Eleg. 4. lib. 4. Trist.

Dubium est pisa, an sceleratus Orestes.

Plaut. Amphit. sc. 1. a. 5. Piam & pudicam esse tuam uxorem ut scias. Ovid. Eleg. 3. lib. 3.

Senties officium maesta favilla pium.

Idem Eleg. 1. lib. 2. Trist. Et pia thura dedi. Et 4. Fastor. Quosque pium est adhibere Deos. Idem Eleg. 1. lib. 2. Trist. Falsè piumve puto. Idem Eleg. 5. lib. 3. Trist. Gaude Méque tui memorem, tique fuisse pium.

Sparsissent lacryma corpora nostra pia,

idem Eleg. 3. lib. 4. Trist. Iustum piumque bellum. Suet. in Galba c. 10. Σ Accipitur nonnunquam pius pro miti, leni, & misericorde. Terent. in Hecyr. Pium ac pudicum ingenium narras Pamphili. Σ Ex qua loquendi consuetudine factum est ut & Deus ipse dicatur pius, quem tamen Greci nullo suo sermonis uso οντος vocant: quamvis οντος pro misericordia, illorum etiam vulgus usurpet. Σ Superlativum, piissimus. Cic. 12. Philipp. M. Antonium quod verbum novum protrahit, ita dicit, Tu pono ne pios quidem, sed piissimos quaevis: & quod verbum omnino nullum lingua Latina est, id propter tuam divinam pietatem novum inducis. Curtius lib. 9. Vobis quidem o fidissimi piissimique civium atque amicorum grates ago habeoque. Senec. cap. 7. de consol. ad Polyb.

Piæ, adverbium. Religiosè, sanctè, castè. Σωτήρις, θεοφόρος. GAL. Religieu-
ment. ITAL. & HIS. Religiente. GER. Gottsförchtidlich / frommlich.
ANG. Godly with godlines. Σ Plin. Paneg. Civitas elig onibus dedita,
semperque deorum indulgentiam pia merita. Σ Interdum ponitur pro-
benigne & clementer. Cicer. ad Martium, lib. 11. Epist. Alia quæ de-
fendam à te pia fieri & humanæ. Σ Piissimè. Senec. cap. 15. de consol.
ad Pol. Piissimè tulit.

Piger a. um. Ignavus, quem piget agere. Tardus, segnis, fugitans labo-
riis. Σ ΤΥΧΗ τατσέλ. οντος, ογγος. GAL. Paresseux. ITA. Pigro, tardio, da
poco ad dormitato, infingardo. GER. Faul, trug, der aßterley arbeit fleucht.
HIS. Perezoso y ocioso. ANG. Slouthfull, slovo. Σ Χ. Impiger, ui apud
Plaut. in Moit. II. sc. 2. a. 1. Homo indiligens cum piga familia Horat.
1. Serm. Satyr. 4.

aque piger scribendi ferre laborem.

Scribendi restè, nam ut multum, nil motor. Pers. Satyr. 5. Mandè piger
stertis. Cic. Trebat. lib. 8. Interdum piger, interdum timidus in re mili-
tari videbare. Σ Ad aquæ cursum transtulit Col. lib. 2. cap. 2. Nullum
enim temere videamus locum qui modò pigrum teneat humorem, &c.
Iungitur aliquando accusativo cum præpositione Ad, Cæl. ad Cic. lib.
8. Et ad literas scribendas, ut nosti, pigerimo.

Pigellus, a. um, non nihil piger.

Pigre, adverbium. Pigrius, pigerimè. Σ οντος, ογγος. GAL. Pareffense-
ment. ITAL. Pigramente. GER. Fauliglich / langsamlich. HIS. Perez-
amente. ANG. Slouthfullie, slowfulie. Σ Plin. lib. 10. c. 34. Pigrius intante
femina ad pullos. Colum. 1. 1. c. 1. ad opus piger procedere, Ovid. 2.
Metam. surgit humus piger.

Pigritia, Ignavia, lentitudo, tarditas. Σ ΤΥΧΗ τατσέλ ογγος. GAL. Pa-
reffe. ITAL. Pigritia. GERM. Faulkeit / langsame. HIS. Perezia.
ociosidad. ANG. Slouthfulness, idleness, sloveness. Σ Cicero 1. Offic.
Efficiendum autem est ut appetitus rationi obedient, cāmque ne-
que præcurrant, nec propter pigritudinem, aut ignaviam deserant. Li-
vius 1. ab Urbe, Vnde quum pigritia militand orientur nulla tam
ab armis quies dabatur à bellicolo rege. Quintilian. Pigritia arrogan-
tioris.

Pigrities, ci, pigritia, piger, Pigredo, inis, Pigritudo & Pigritas, ejusdem
sunt significationis. Livius lib. 4. d. 5. Pigritudem ad insequendum nox
fecit (i. moram iniecit.)

Pigror, a. um, Motor, cunctator, differe. Σ ΤΥΧΗ pigghér. οντος μία. GAL.
Estre paresseux. ITAL. Impigrire. GERM. Von Faulkeit rodgen vers
ziehen. HIS. Emperezar. ANGL. To be slow in doing of a thing. Σ Cic.
Attic. lib. 4. Tu quæso quicquid erit novi, (multa autem expecto) scri-
bere ne pigere, i. ne moreris Lucifer. 1. 1. Quod si pigratis, paulumve re-
cessis ab ic. Σ Invenitur & Pigredo, es, piger sum. Corn. in Pers. o qui
tam inceptè pigres, & ad hanc dissolutionem lapsus es.

Pigresco, is. Piger, sio, & latus. Σ ΤΥΧΗ pigghér. οντος γιρου. GAL.
Devenir paresseux. ITAL. Impigrisi divenir piger. GERM. Faul und lang
glam werden. HIS. Emperezar, ser. ocioso. ANG. To waste slovo and
full. Σ Plin. lib. 18. cap. 2. Mox pigretit, in Virginiam transgessio
Sole. d. Nilo.

Pigro, as, antiqui dixerunt pro cunctari & tardare, οντος. Accius in Chry-
se. Melius pigrasse quam properasse, est nefas. Non onus.

Pigēt, verbum impersonale, piguit, & pigitum est. Dolet, sive molestum
est. Σ ΤΥΧΗ κάτις μία, ογγος. GAL. Estre paresseux à faire, estre marri
& dolent d'avoir fait. ITAL. Rincrescer, essere molesto. GERM. Es
verdreust / es beschwoert oder bedauert. HIS. Aver dolor, ο verguensa.
ANG. To be loth to do a thing to be sorry or repent after it is done. Σ
Quæso loquerere tuum mihi nomen, ni piget. Non ita promeisti de
me, ut pigeat quæ velis. Plaut. Menach. sc. 9. a. 5. Item, Nequid pariant
nobis quamobrem pigate vivece. Idem Mostell. sc. 1. a. 2. Multò facilius
featur quod pudet, quam quod piget. Idem Pseud. sc. 3. a. 1. Stat. lib. 7.
Theb.

Nec pigitum parvisque lares, humiliisque subire.
Constituit autem ferè cum accusativo & genitivo, nisi loco geniti-
vi infinitivum verbum positum sit. Ovid. 1. 2. Metam.

pigerque

Actorum sine fine mihi, sine honore laborum.

Cicer. pro domo sua. Ut me non solum pigate stultitia meæ, sed etiam
pudeat. Plaut. Pseud. sc. 3. a. 1. Non dedisse te pudet: me quia non accepi
piget. Σ Differt autem piger à pudet teste Donato, quod pudet de iis
dicatu quæ turpiter sunt. Piger de iis, quæ cum damno & malo.
Pudeat ad dedecus referatur, piger ad dolorem. Vide plura de hoc in
verbo Pudeo. Σ Piger interdum pro tardare, interdum pro pœnitentie
poni solet, inquit Festus. Σ Pigitum est, puditum, Gell. cap. 13. lib. 15.
& c. 20. lib. 13.

Pigeo, es, verbum personale, legitur apud Plautum in Menach. sc. 9. a. 5.
Adolescens loquere mihi tuum nomen, nisi piget. Idem Pseud. sc. 3. a. 1. Id quod pudet: facilius fertur quam id quod piget. Terent. in Phorm. Quare obsecro, ne plus minusve farit, quod nos postea
pigateat. Plautus Aulul. sc. 4. a. 1. Quod te percontabor, ne id te pigateat
Poloqui.

Pigendus, a. um. Ovid. Epist. 7.

Si fuit errandum, causas habet error honestas:

Adde finem, nulla parte pigendus erit.

Pigmällön, sive potius Pygmalion per y in prima syllaba, οντος.
Suid. Beli regis Tyri filius fuit, frater Didonis, qui dum ardenter
auri cupiditate flagraret, animum ad Sichæi patruelis sui opes appu-
lit, illumque spc potiundi auri ante aras, claram & dolo intererit. Cu-
jus cædis quæ certior in somnis à marito Dido facta fuisset, sum-
ptis secundu. v. ri thesauris in Africam profugit, ubi & Carthaginem
condidit. Moris autem erat, inquit Servius, ut de pecunia publica
hænices millo à rege auro à peregrinis frumenta coemeat. Dido autem
à Pygmalione ad hunc ulrum paratas naves abstulit: quæ fugientem
à fratre missi persequerentur, aurum illa precipitavit in mare: quæ
visa, sequentes reveri sunt. Meminit hujus Virg. 1. Aeneid.

sed regna Tyri germanus habebat

Pygmalion sceleris ante alios immorior omnes,

Quos inter medius venit furor ille Sichæum

Impius ante aras, atque auri cacus amore

Clam ferro incautum superat.

Fuit & ejusdem nominis clatus artifex Cilicis filius qui ex eb-
rea satua Veneris beneficio in puellam transformata Paphum sus-
cepit, Paphi Cypræ ubi conditum. Quam fabulam vide latius
apud Ovid. 13. Metam. & suprà in dictione Paphus. Hinc adjecti-
vum Pigmalioneus, Silius lib. 1. Pigmalioneis quondam per caru-
terræ, &c.

Pigmentum, i, quo utuntur puellæ ad gratiam & venustatem ori conti-
liandam: qualis est ceruña, atque id genus fuci, quibus muliereculæ
cuti candore, aut rubore induunt. Σ ΤΥΧΗ πυρά έκακη η πυρά
merkachah. φυρα. GAL. Fard peinture, couleurs à jaser. ITAL. Bel-
letto, liscio. GERM. Fard mit deren sich die meyldin bestreichen, ein schone
furd damit zumachen. HIS. Color para la pintura. ANGL. Paintit that
roomes

Terra pila similis nullo fulcimine nixa.

Quintil. Pilam negligentem petenti dixit Galba. Sic petis ut Cæsar candidatus. De pilatum generibus. Martial. Epigram. 45. & 46. &c. lib. 14. Vide infra in Pilicrepus. Cicer. 2. de Orat. Sed ut homines labori assiduo & quotidiano assueti, quum tempestatis causa opere prohibetur, ad pilam se, aut ad talos, aut ad tesseras conferunt. &c. Seneca de benefic. ib. 2. cap. 32. Sicut in lusu est aliquid, scitè ac diligenter pilam excipere sed non dicitur bonus lusor, nisi qui aptè & expeditè remisit quum acceperat. Celsus. l. 1. cap. 6. Quem verò frequenter citata alvus exercet, huic opus est pila, similibusque superiores partes exercere. Quatuor autem sunt pilatum genera, trigonalis, paganica, folis, & harpallum: quæ omnia explicantur suis locis. Pilæ autem primus inventor fuit Pythagoras, ut ait Plin. lib. 7. c. 56. à pilæ lusoriæ similitudine etiam pila dicitur quicquid est rotundum instar pilæ. Plin. lib. 12. c. 10. Cucu bitulæ matuitate ruptæ ostendunt lanuginis pilas, ex quibus vestes pretioso linteo fiunt. Pila fortunæ, homo multis fortunæ casibus velut per jocum lusorū que jactatus & exercitus, ut ille Ulysses Homericus, atq; Elius Pertinax Imp. de quo Sextus Aurelius Victor. Hoc exitu obiit vir ad humane conversationis exemplum per laboris genera universa absuntas, proiectusque eò, ut fortunæ vocaretur pila. Pilulæ, & quasi parva pila, globulus. ἡφαστίδης. GAL. Petite pelotte pilule. ITA. Pallotta, pilola. GERM. Ein Kugelchen. HIS. La pildora, pequeña pelotilla. ANG. A little ball. & plin. lib. 16. cap. 7. Nascuntur in copiulae nucibus non ab initio intus habentes flocculos molles, lucernarum luminibus aptos. Idem lib. 30. cap. 11. Scarabœus qui pilulas volvit. Hinc & pharmaca quæ hac forma sumimus, pilulas nominamus. Idem lib. 28. cap. 9. Vetus arungia phthisis in pilulis sumpta sanat. Hæc Græco vocabulo ἡγεμονία dicuntur, ab absorbendo: non enim cominuendæ dentibus, aut gustandæ sunt pilulæ, sed integræ devorandæ.

Pilani, πιλάροι, dicti sunt milites qui pilis pugnabant, testibus Varrone & Festo, alio nomine triarij appellati, ante quos qui prælum capessabant, antepilani dicebantur & principes. Ovid. 5. Fast.

Et toridem (decein) princeps, toridem pilanus habebat.

Vide supra in dictione Antepilani.

Pilarii, φαγασα, dicuntur præstigiatores, qui levi agitatione parvas pilas videntur emittere, aut in vas injicere, quum secus faciat. Quintilian. lib. 10. c. 7. Quo constant miracula illa in scenis piliorum, ac ventilato:um, ut ea quæ emiserint ultro venire in manus credas, & qua jubentur decurete.

Pilarius, a, um, rotundus instar pilæ.

Pilasca, vas vinarium ex corio. Gloss. Isid. Grutterus annotabat pilasca.

Pilates, lapidis genus, cuius meminit Cato originum l. 5. Lapis candidior quam pilates. Fest. Alibi non occurrit,

Pilaticum, sceptrum Imperatoris ad instar pili. Codia.

Pilaticum, monile de collo Imperatorum. Buleng.

Pilatim, adverbium à pila pro columna, significat per pilas, & σὰλαις Vitruv. Pilatum struuntur ædificia.

Pilas murelegulus, catus Gl. Isid.

pilatæ, vide Pilæ.

Pilæ, επός, i. Adrian. Turneb. vir eruditio singulare c. 4. lib. 7. Adversari etiam adfert Martialis illud,

Redde pilam, sonat as thermarum Ludere pergit?

Virgine vis sola lotus abiit domum.

Dicitus autem Pilicrepus videtur, quod crepitu pilæ æneæ ludentes ad lavationem acciret. Sic enim & crepitu disci ad ejus lusum & exercitationem evocabantur. Cic. 2. de Orat. Senec. Epist. 57. lib. 8. ad Lucilium. Numerat pilas pilicrepus, ubi notatur balneorum luxuria, intelligentius est is qui pilas, hoc est, sphæras, aut glomos pice illitos in ignem balneorum, sive vaporariorum conjiceret, sicubi forte restinguetur. Quod manifestat Papinius Sylvarum primo, in balneo Eiuscui. Quid nunc strata solo referam tabulata, ciepanteis Auditura pilas, ubi languidus ignis inerrat. Ædibus, & tenuem volvunt hypocausta vaporum? Meminit hujusmodi pilorum Vitruv. l. 5. c. 10. Suspensæ, air, caldariorū ita sunt facienda, ut primum se quipodalibus tegulis solum sternatur inclinatum ad hypocaustum: ut pila quum immittatur, non possit intus resistere, sed rursus redeat ad præfurnum ipsa per se. ita flama facilius pervagabitur sub suspensione. Pilicrepus etiæ, qui alias depilabat, qui etiam fornicator dicitur. Seneca ep. 56. inter ministeria quæ balneis deserviebant aliptes numerat, de quo Iuvenalis Sat. 6. Julius Firmicus lib. 8. c. 23. Artemidorus lib. 4. cap. 43. & Marcus Tullius Epist. 9 lib. 2. Aliptæ Corlio Auteliano lib. 1. tardarium passionum cap. 41. Pilicrepus, qui pilas pice illitas in vaporarium conjiciebat, ut incalceret.

Pilitudius, qui pilotello ludit. Gloss. Isid.

Pilatus, vide Pilum.

Pilentum, i, vehiculi genus quo matronæ vechebantur. οὐκέτι μόνον. GAL. Char, ou coche, litiere. ITAL. Caretta. GER. Ein hangender wagen. HIS. Carro. ANG. A wagon or chariot with forewheels that women were wont to be carried in. Horat. lib. 2. Epist.

Effeda festinant, pilenta, petorita, naves.

Ex quo Horatij loco patet non omnino idem esse cum petorio, ut nonnulli putaverunt: sed tamen fortassis illi non dissimile. Est enim pilentum Hispanorum inventum, petoritum autem Gallorum. Varro de lingua Latina, in consuetudinem sua ætatem primum venisse scribit. Estque ejus forma qua nostri temporis principum Italæ mulieres veletantur, ita libratur ut confidentes in pulvinis, in ære suspense agitati videantur. Virg. 8. Æneid.

casta ducebant s. cra per urbem

Pilentus matres in molibus.

id est, pensibus, ut interpretatur Servius. Liv. 5. ab Urbe, Honoremque ob eam munificentiam ferunt matronis habitum, ut pilento ad sacra, ludosque, carpentis festo, profestisque uterentur.

Pilæ, i. Tegmen capitum: quod & pileum dicitur. מִגְבָּהַת. GAL. Va chapeau ou bonnet à couvrir la teste. ITA. Capello, berretta. GERM. Ein Hut/parræt / Fappen. HIS. Sombrero. ANG. A cap or bonnet. Plaut. in Amphit. Ut ego hodie raso capite

calvus accipiam pileum. Persius. Satyr. 5. Hæc nobis pilea donant. Suet. in Neron. c. 16. Cum pileo ire noctu. Plaut. Pileum quem habuit, ditipuit Non. c. 5. ibi aperte est masculini. Quandoq; pileus pro libertate usurpat. Hic apud rerum Romanarum scriptores servos ad pileum vocatos legimus, hoc est, ad libertatem, cuius insigne est pileus. Livius lib. 2. 4. Postero die servi ad pileum votati, & carcere vindicti emissi. Suet. in Tiber. Servisque ad Pileum frustra votatis, in Siciliam profugit. Accipiebant enim servi pileum raso capite, quum manumittebantur. Pileum inducere, libertatis signum,

Pileolus, cum accentu in antepenultima, Parvus pileus οὐλός πιλούρος. GAL. Petit chapeau. ITAL. Picciolo capello. GERM. Ein hüttlin, parretlin. HIS. Pequeño sombrero. ANG. A little cap, or bonnet. Colum. c. 25. de arbor. pilcolos induere. Horat. lib. 1. Epist.

Vt cum pileolo soleas conviva tribulis.

Ovid. 1. de Arte,

nec turpe putaris

Pileolum nitidis imponuisse comis.

Pileatus, a, um, qui pileo tectus est. οὐλός πιλούρος. GAL. Couvert d'un chapeau. ITA. Coperto di capello. GERM. Der ein Hut oder parret auf yatt. HIS. Cubierto de sombrero. ANG. That is covereth with a cap or bonnet. Liv. 4. bell. Punic. Pileati aut lana alba velatis capitibus volentes epulati sunt. Unde servi pileati qui pileo imposito vendebantur. Gell. l. 7. c. 4. Pileatos servos venum ne solitos, quorum nomine venditor nihil præstaret, Cælius Sab. Iurisperitus scriptum reliquit. Pileati & raso capite erant, qui manumittebatur. Plutarch. in Flac. & alij pileati sequebantur triumphantem. Item. Plebs pileata pīz gaudie In morte Netonis. Pileati fratres, id est, Castor & Pollux.

Pilicrepus, Pilula, vide Pilæ.

Pilliones portitores mortuorum. Gloss. Isid. Lege Vespillones.

Pilo, as, οὐλία, & πιλών, Græcum est, & significat complano A quo sunt composita Compilo, Expilo, Oppido, & Suppilo.

Pilo, furor. Hinc Gallis piller est deprædati, spoliare.

PILUM, i; priore producta Telum Romanum, à perimendo dictum, quasi perillum, ut inquit Varto. οὐλός πιλούρος. GAL. Dard javeline. ITA. & HIS. Dardo. GERM. Ein dreispitig Spießlin Velches die Römischiens kriegstens gegen dem feynd schüßen. ANG. A dart or javeline. & Vegetius lib. 2. c. 15. Item bina missilia, unum majus, ferro triangulo, unciarum novem, hastili pedum quinque & semis, quod pilum vocant, nunc spiculum dicitur, ad cujus istū (lege jactum) præcipue exercabantur milites, &c. Salust. in Catil. Infestis signis coaccurrunt: pila omittunt (legend. emittunt.) res gladiis geritur. Erant autem pila (Varrone autore) tela Romanorum, sicut Gela Gallorum, & Sarissæ Macedonum Lucai. lib. 1. pilæ minantia pilis. Idem lib. 3.

Pila sed in medium venere trementia petitus.

Virg. 1. Georg.

Sicilicet tempus veniet, quum finibus illis

Agricola incurvo terram molitus aratro,

Exesa inveniet scabra rubigine pila.

Horat. 2. Serm. Satyr. 1.

Neque enim quisvis horrentia pilis

Agmina, nec fracta pereunte cuspide Gallos,

Aut labentis equo describer vulnera Parthi.

Plaut. in Curcul. f. 3. a. 5. Quia ex te hodie faciam pilum catapultum. Et ita te nervo torquebo, ut catapultæ solent. Et Tibull. lib. 4.

Et lento perfrigerit obvia pila.

Pilum inquit lib. 9. ab Vrb. haud paulo quam hasta vehementius ista missuque telum. Item. Primos pilos adimere, (i. prima pila.) Sutton. in Calig. cap. 44. Hinc primipilus, οὐλός πιλούρος, & præpileate hastæ hoc est, præferratæ, de quibus infra. Pilum Græcum, quo in Græcia pinsebantur, quale describit Hesiodus, cum ait, οὐλός πιλούρος. Hoc ut tolleno reciprocabatur. Plaut. in Astraba apud Festum in verb. Reciprocare. Quasi tollenonem, aut pilum græcum reciprocæ plana via. Primum pilum vocabatur prima centuria in exercitu Romanorum: quod circa signa gravis armatura constituta esset, in qua inter cætera armorum genera hastile erat pedum quinque & semilibus, quod pilum nominabant. Cæsar lib. 5. bell. Gall. Tum T. Balventius qui superiore anno primum pilum duxerat, viro forti, & magnæ autoritatis, utrumque femur tragula trahiciter. Reliquæ vide in dictione PRIMI PILUS. Præterea, pilum à pinsendo, seu, ut placet Servio, à Pilumno, instrumentum quo aliquid, in mortario teritur. οὐλός πιλούρος. GAL. Pilon de mortier. ITA. Il pestello col' quale si pestano le cose nel mortaio. GERM. Ein stössel eines morsels. HIS. El mazo para mazar en pila. ANGL. A pestel. & Plin. lib. 18. cap. 10. Quippe & Hetturia spicam farris tostæ pinsenti pilo præferrato, fistula ferrata & stella intus denticula, ut nisi intenti pinsant, concidunt grana, ferrisque frangantur.

Pilatæ, a, um, Pilo armatus. Mait. lib. 10.

Et pilata redit, jamque subitque cohors.

ilones, portitores mortuorum. Gl. Isid.

Pilumnus, qui pinsendi frumenti usum invenit. Iovis (ut putant) filius, & Dauni pater. Servius in lib. 9. Æneid. Pilumnus (inquit) & Picumnus fratrie fuerunt dñi. Horum Picumnus sive corandorum invenit usum agrorum: unde & Sterquilinus dñs est. Pilumnus vero pinsendi frumenti: unde à pistoribus colitur, & ab ipso pilum dictum est. Ad hunc Danae Acrisij filia fortè ad Appulum littus aëta, & à pastore unā cū Perseo pavulo delata est, quam ipse cognito genere uxorem duxit, ex qua Daunum filium suscepit. Virg. 10. Æneid.

Cui pilumnus avus, cui diva Venilia mater, &c.

Pilumen quoquid in pila tunditur. Gloss. Isid & Vet. Voc.

Pilus, i, generalius est quam capillus. οὐλός σχατάρ. Geit. GAL. Pil. ITA. & HIS. Pelo. GERM. Ein haarses sey am leib wo es mögl. ANG. The heare. Propriè enim capillus de his tantum dicitur qui caput reciunt, quum pilus omnium partium corporis sit communis. Plin. lib. 11. c. 37. In capite cunctorum animalium homini plurimus pilus. Senec. cap. 8. de tranquill. Calvis, quam Comatis non minus molestem est Pilos velli. Cic. 2. de nat. deor. Munitæque sunt palpebra tanquam

vallō pilorum. Iuven. Satyr. 9.

Sed fruticane pīo neglecta, & squalida crura.

Horat. 1. Epist. 1.

Utor permīssō, caudaque pīos, ut equine.

Paulatim vello.

Hæc tamen differentia nonnunquam confunditur: accipitur enim cāpīllus interdum generaliter in eadem significatione in qua utimur nomine pilus. Gell. 12. e. 1. Si ovium lacte hœdi, aut capraruū agni alerentur, constat ferē in his lanam duriorem, in illis capillum gigni teneriorem. ¶ Pili longiores, proni in colla atque armos vestientes, iubē dicuntur: pīi vero crassiores, rigidū, quales habent sues, vocantur setæ. ¶ Pili Non facio, Nec pīo quidem melior, de re nullius momenti. Cic. ad Quint. Fratr. lib. 2. Nihil est quod vereare, ego enim ne pīo quidem minus me amabo. Catull. Epigr. 17.

Ludere hanc finit, nec pīi facit uni.

Pīo, as, à pilus, pīos emitto. ¶ τρίχων. GAL. Produire du poil. ITA. Fare i pīi, mandar fuori i pīi. GERM. Haar überkommen / haarechtig werden. HISp. Pelechar. ANG. To bring out heare, to growe hearie. ¶ Accius, Tunc primū pilabant genæ. Afranius, Meum præterea corpus nunc pilare primū cepit. Nonius. ¶ Interdum ponitur pro pīos detrahēre. ¶ ψηφο μαράς. διστριχόποιος. GAL. Arracher le poil. ITA. Pelar, traere i pīi. GERM. Daas haar aufzraffen. HIS. Pelar, quitando pīos. ¶ Mart.

Quod pīctus, quod crura pīas.

Idem lib. 6.

Extripa, mihi crede, pīos do corpore toto,

Tēque pilare tuas testificare nates.

Hinc depilo.

Pilōsus, adjectivum, Pilis abundans. ¶ τρίχαστήρ τριχώδης. GAL. Peiu. ITA. & HISp. Peleso. GERM. aarechtig/voll haats. ANG. Hearie full of heare. ¶ Varr. 2. de re rust. cap. 5. oculis magnis & nigris, pilosis aubibus. Cic. in Pisonem, Non enim nos color iste servilis, non pilosæ genæ, non dentes putridi deceperunt. ¶ Pilosiora folia, quæ in ipsa superficie, veluti adnatos quosdam pilos ostendere videntur. Plin. lib. 10. e. 16. E contrario quæ mollia vocatur, pilosioribus foliis ac ramis, & aculeatis, trita mellis odorem habet.

Pilogonus, quam Latini hebam sanguinariam vocant, propter quod missa in naribus sanguinem movet. Isid.

Pilosella, herba quia folia habet pilosa & hirsuta superficie. HIS. Pilosella. GER. Nagesträut.

Pilotonsus, lupus cætinus. G.M.G.

PIMPLA, πιμπλα, Thracia mons est, musis sacer, ut scribit Strab. lib. 10. Pieria, inquit & Olympus, & Pimpla, & Libethrum, quondam loca fuere Thracia, & montes quos nunc Maced. possident: quique Musis Helicona consecrarent, Thracæ fuere, Bœotia accolæ. Hæc Strab. Pimplaus, a. um. πιμπλα. ¶ Mart. lib. 12.

Cujus Pimplao lyra clarius exit ab antro.

Pimplætæ, sive Pimplæx, πιμπλαια, Musæ cognominatæ sunt, sive à Pimpla olim Thracia monte, quem postea Macedones sibi vendicauit sive à Pimplæo quodam fonte, ad radicem ejus montis nascente: ubi & Pimplæum antrum nonnulli constituerunt. Mart. lib. 12.

Cujus Pimplao lyra clarius exit ab antro.

Pina, vide Pinna.

Pinacopola, πινακοπολις, qui tabulas vendit.

Pinacō: hæca, πινακόθηκη, locus est in quo tabulæ pictæ, argenteum cælatum, bragula vestis, signa & ornamenta reponuntur. Plin. lib. 35. e. 2. vocat tablinum. Vtrumq; nomen dictum est à tabulis, quæ in hoc loco præcipue aſſervabantur. Nam quas Latini tabulas, Græci vocant πινακες. Var. 1. de re rust. cap. 2. Quum hujus spectatum veniunt villas: non ut apud Lucullum, videant pinacothecas, sed oporothecas. Plin. lib. 35. e. 2. Et inter hæc pinacothecas veteribus tabulis consuunt, alienasque effigies colunt.

Pinara, πιναρα. Ptolem. Civitas est Lyciæ, mediterranea ad Cragum montem teste Plin. lib. 5. e. 37. ¶ Est item Pinara, insula ante Aetolianam, una Echinadum, teste cod. Plin. lib. 4. e. 12.

PI. à Iūs, & Potitius, Arcades duo senes, quibus qualiter coli vellet ostendit Hercules: scilicet ut manæ, & vespri ei sacrificaretur. Perfecto itaque matutino sacrificio, quum circa Solis occasum essent sacra repetenda, Potitius prior advenit, Pinatus postea extis iam redditis, unde iratus Hercules statuit ut pinatorum familia tantum ministra esset epulanticibus Potitiis, & complentibus sacra. Unde & Pinarij dicti sunt δέος των οίκων, id est, à fame. Nam senem illum Pinatum constat alio nomine nuncupatum. Hæc Servius, explicans illud Virg. Æneid.

— primusque Potitius autor,

Et domus Herculei custos Pinaria sacri.

Pinarij deducti à filio Numæ, qui pinus vocabatur. Plutarch. in Numa. De his Fenestella.

Pinarus, πιναρος. Flavius est Cicilia in sinum Issicum influens, teste Plin. lib. 5. cap. 27.

Pianster, vide Pinus.

Pinax, πιναξ, tabula: quadra lanx, videtur propriè esse asser, in quo edebant & bibebant,

Pincenā, x, Pocillator, qui vinum coavivis miscet, qui est à poculis.

¶ τρίχυς μασκέ κέρας. GAL. Sommellier echâson, escuyer à coupe.

ITA. Pincerna, coppiero. GERM. Ein enschent. HISp. El escanciano, o copero. ANGL. A bulter that waiteth on a mans cuppe. ¶ Talem Poëta fabulantur in cælo esse ganymedem, in Hebes locum, quæ antè ministerio fungebatur, sufficit. ¶ Pincerna, nomen dignitatis Imperatoris, pincerna dignitate erat supra Europalatem. Nec circa pocula tantum occupabatur, sed copias quoque ducebat, & militare munus obibat Meurs. in Gloss. Græcobarb.

Pindæ, pinnæ dictæ sunt à petendo. gloss. Isid.

Pindarū, πινδαρος, Poëta fuit Thebanus, Lyricorum apud græcos principes. Floruit temporiis Æschyli poëta, & Persarum expeditionis in Græciam. Script lingua Dorica Olympia, Pithia, Nemæa, Isthmia quæ extant. Altissimus fertur & verborum & sententiarum

copia (ut ait Quintil.) gravitatèque ardous, constructioneque ac ordine immeasus ac prolixus. Quem etiam inimitabilem Horat. scribit 4. Carm. Ode 1. plutarch. in Numa. Pan amavit Pindarum & ejus versus. Duas suscepit filias, A patre tibiam primum, mox ab Hermione lyram eductus est. Ejus gratia Lacedæmonij in reliquam Bœotiam sœvientes, Thebis pepererunt. Ita & Alexander quum Thebas everteret, & in omnes lœviter sine discrimine, Pindari vatis penatibus familiæque parci jussit. Expeditus fertur in gremio pœsi adamati, Valegio teste Vide Quint. lib. 10. Instit. Orat. ¶ Pindarus alter, Epheborum tyranus, qui capta Epheso, postea à Cœsio avunculo suo jussus descendere fecerit in peloponnesum cum parte bonorum; dimisso domi pæside amico. Autor Ælian. de varia historia. Hinc adject. Pindarus, a. um. Propri. 1. 3. Eleg. 17.

Qualis Pindaricus spiritus ore tenet.

Horat. 1. Epist. 3.

Pindarici fontis qui non expalluit haustus;

Pindasū, μίδας, mons Asia in quo Cetius fluvius nascitur, qui Pergamum præteſtuit. Autor plin. lib. 5. e. 30.

Pindo, is, dere, Ferire est, & assidue percutere. Cornutus in Pers. Satyr. 1. unde pītillum quo terimus in mortario de quo infrà.

Pindūs, μίδας, mons reñitborum inter Acarnaniam & Thessaliam: cuius meminit plin. in prefat. lib. 4.

Pindūs, μίδας, Lapitharum sedes, mons Thessalæ, Apollini, Musisque sacer, Acarnaniam ab Aetolia dividens, ut inquit Solinus. In eo inventur lapis galactites. ¶ Est & nomen urbis Thessalicae à pīndo nōtē appellata, juxta quam est fluvius ejusdem nominis. Autor Strab. lib. 9.

Pinæ, arbor. pinus Colunellæ &c.

Pinetum, pīncus. Vide Pinus.

PINGASIS, xi, Clun, Formam alicujus rei duæs lineis repræsento. ¶ τρίχη chikkah ylp kalah ḡāph. GAL. Peindre. ITA. Dipingere. GERM. Malen. HISp. Pintar. ANG. To paynt. ¶ plin. lib. 35. cap. 8. Adeò colorum usus increbuerat, adeò ars perfecta erat, ut in eo prælio Ionicos duces pinxitse tradatur. Cic. Luceio lib. 5. Alexander ab Apelle potissimum pingi, à Lysippo singi volebat. Idem 2. de Orat. Ut in pictura qui hominis speciem pingere perdid cerit, is potest cujusvis vel formæ, vel ætatis, etiam si non didicerit, pingere. ¶ pingere humum variis floribus, est versicolorem florum varietatem humi spargere. Plaut. in Sticho, Age tu oxyus, pingere humum, consperge ante ædes. ¶ Usus est pro describere Cic. ad Attic. lib. 4. Bibliothecam mihi tui pinxerunt constructione. ¶ Hujus verbi composita sunt, Depingo, & Expingo quorum significata vide suis locis.

Pictus, a. um. ¶ τρίχη mechukkéh ylp kala. ηγεαμψός, ζωχεψός. GAL. Peint. ITA. Dipinto. GERM. Gemahler. HISp. Pintado. ANG. Paynted. ¶ plaut. in Menach. Tabulam pictam in patete. Ovid. Eleg. 9. lib. 1. Trist.

— Et à picta casside nomen habet.

Plaut. Capt. sc. 4. a. 5. Vidi multa picta quæ sub Acheronte fierent. Idem in Asin. sc. 3. a. 1. Neque sicutum, neque pictum, neque scriptum in poëmati. Idem Pseud. sc. 2. a. 1. Faciam ita vestra latera varia loris ut non æquè picta peristromata campanica. Ovid. 3. Faſt.

Dum legit in rano pictas temerarius huas.

Idem Eleg. 3. lib. 1.

— Et pictos verberat unda Deos.

Idem 6. Faſtor.

— Picta

Veste triumphales octubuisse senes.

Idem 4 Faſtor. picta coloribus uultis puppis. De picta veste Ausonius. ¶ Aliquando nomen est, & ponitur pro ornatu. Cic. de Clar. Orat. Quo nihil potest esse pictius. ¶ picta toga, purpurea triumphalis, cui picturati colores subtexti. Bayf.

pictatum capitum, ex Laberio, Gell. 6. lib. 16.

pictura, ars pingendi. ¶ ylp miklah. ḡāph. GAL. Peinture. ITA. dipintura. GERM. Die malerkunst. Item, ein gemälde. HIS. Pintura, d arte de pintar. ANG. Pynting the art of paynting. ¶ plin. lib. 35. cap. 9.

Quinimò certamen pictaræ, etiam florente ea institutum est Corinthi. ¶ Dicuntur & pictaræ, tabulæ, vel aliæ res pictæ. Cic. 6. Verr. Nego ullam picturam neque in tabulls, neque textilem fuisse, quin quæsicerit, inspexerit, & quod placitum sit, abstulerit. Idem in Orat. In picturis alios horrida, inculta, abdita, & opaca: contra alios nitida, lata, collustrata delectant. Idem in Tuse. Homerum tradunt exercum fuisse: at ejus picturam, non poësim videmus. Idem 2. Academ. Oculi pictura tenentur, aures cantibus. In pictura olim florire Zeuxis, Parthasius, Apelles, aliique nonnulli, quorum nomina & opera exequitur plin. natural. Hist. lib. 35. De poësi & pictura Simonidis scitè Dicatum, vide in dictione LEX. Si qua inutilis pictura sit (in cubiculo) eam vendat. Plaut. Asin. sc. 1. a. 4. Quid istæ pictaræ ad me attinent? (de fabulis pictis in tabula.) Idem Menach. sc. 2. a. 1. Nova pictura interpolare opus lepidissimum. (i. ceruſſa & purpurifllo.) Idem Mostell. sc. 3. a. 1. Picturo, as, pictura variego.

Pictūrās, varia pictura exornatus. Opus picturatum metallis. Claud. in Panag.

Pictor, qui quid pingit. ¶ τρίχη mechakkéh ylp koléat. ζωχεψός. GAL. Peintre. ITA. Dipintore. GERM. Ein Mahler. HISp. Pintor. ANGL. A paynter. ¶ Horat. de Arte, Pictoribus, atque poëtis Quidlibet audendi semper fuit æqua potestas. Cicet. 4. Academ. Multa vident pictores in umbris, & in eminentia, quæ nos non videmus. Idem 2. de Legib. Dignissima autem dona habent & formæ ab uno pictore uno ab solutæ die. Plaut. Asin. sc. 3. a. 2. Non potuit pictor melius describere ejus formam.

Pictūrās, adjективum. ζωχεψός. Julianus Digest. lib. 38. tit. 1. l. 23. Hæ operæ quæ libertus promisit, multum distant à fabilibus, vel pictoriis.

PINGUIS, c. X. Marcer. ¶ τρίχη bari daschen ylp schamén. ζωχεψός, λαμψός. GAL. Graſ. ITA. Graſſo. GERM. Fett/wolgeleibt. HISp. Grueso ò gord. ANG. Fatt. ¶ plin. lib. 10. e. 50. Faminæ quidem non omnes ad saginam eliguntur, nec nisi in cervice pingui cute. Virg. 1. Georg.

Tunc agni pinguis, & tunc mollissima vina.

¶ Aliquando pro fœcundo & ubere. ιωνιος. Virg. 4. Georgie. Et pinguis hortos. Idem 3. Eclog.

Heu, heu, quām pingui macev est mihi taurus in arvo.

¶ Aliquando pro imperito & inepto. Cicer. lib. 4. Academ. Quod ipsi Antiocho pingue videtur, & sibi ipsi cōtrarium. Non. c. 2. Pingue, substantivum, neutri generis, propriè dicitur quod inter carnem & cutem est succo liquidum, ειαρ, μελανη, differtque ab adipe quod hic muscularum extremitati membranisque adhæreat, & frigescitus durus evadat & fragilis. Quia de re vide plura apud Plin. lib. 11. c. 37. & supra in dictione ADEPS. Virg. 3. Georg.

¶ omnes

Impendunt curas densos distendere pinguis.

Pingui Minerva aliquid agere: hoc est, crassè, & impolitè. Colum. in Praefatione totius operis, Potest enim nec subtilissima, nec pingui (quod aiunt) Minerva res agrestis administrari. ¶ Pinguis saliva, pro crassa ac densa. Senec. ¶ Hinc componitur P̄ pinguis οντεπιστευτης. Idem lib. 4. Ideo que non est vixis apta, vix etiam aibustis, nisi p̄ pinguis. A pinguis sit Impinguo, guas, οντευτης. Plaut. Aulul. sc. 2. a. 2. Pinguiorem agrum isti habent: At nunc tibi dabitur pinguior tibicina. (Phrygia.)

